

LIII.

Ad

# PANEGYRIN ORATORIAM

bono cum DEO

VI. Id. Quintil. A. MDCCIV.

in

ILL. GYMNASIO SCHLEVSINGENSI

apparandam,

qua

# DE IVRE ET IVDICIO EQVESTRI SILESIACO

von des Schlesiſchen Adels

## Ritter-Recht und Ehren-Bericht

Orationem Latinam memoriter recitabit,

*Generosus Iuuenis*

### CHRISTOPHORVS HEINRICVS

de Griefen /

*Eques Silesius,*

&

Verſibus Latino-Germanicis

Conſignationem peculiarem NOBILIVM, qui ab A. MD LXXVII.

ad annum vsque MDCXXVII. Schleuſingae literis,

funt operati,

*exhibiturus eſt Adoleſcens induſtrius*

### Io. GVSTAVVS Otto /

*Friſenbuſanus,*

Studiorum liberalium Maecenates, Patronos

Fautores & Amicos

demiffe & obſeruanter inuitat.

### M. GODOFREDVS LVDOVICI, Rect.

*Schleuſingae, publice exſcriptit G. W. Goebel, Ill. Gymn. Typograph.*







**D**E IVRE & IVDICIO EQVESTRI SILESIACO egerunt  
vtique, qui nostra & patrum memoria res *Silesiorum* gene-  
ratim atque vniverse sunt persecuti, *Ioachimus Curaeus*, Con-  
ditor *Annalium Gentis Silesiae*, *Iacobus Schickfusius*, qui *Cur-*  
*raeanos Annales* insigni accessione locupletiores euulgauit,  
*Fridericus Lucae*, qui librum scripsit commemorabilem,

*Schlesiens curieuse Denkwürdigkeiten* / & *Nicolaus Henelius ab Hennenfeld*, edita *Sile-*  
*siographia*, quam hoc anno MDCCIV. renouatam, hoc est, necessarijs Scholijs,  
obseruationibus & Indice auctam cum orbe literario benignissime communicauit,  
*Vir Illustris*, *Dominus Michael Iosephus Fiebiger*, ad *S. Matthiae Vratislaviae Magister*; si-  
gillatim vero illud tradidit illustrauitque *Generosissimus Dominus Georgius de Wenzky &*  
*Petersheyda*, in *Bitterwitz* / *Berlebsdorff* & *Plomühle* / in *Commentatuncula*,  
quae *Lipsiae A. MDCXV.* prodit & sic inscribitur, *Kurzer Tractat und Bericht von*  
*dem Schlesiſchen Ritters Recht und Ehrens Gerichyt*, / denen von *Adel und Rittershand zu*  
*befondern Dienst und Wolgefallen gestellet*, in eodem imo argumento occupatum,  
fuisse *Dominum Leonbardum de Arlebers*, cognomento *Magnum*, asserunt *Lucae* in  
*Memorabilibus suis* & *Fiebigerus* in *Silesiographia Heneliana* renouata, Nempe  
inter *Singularia Silesiae*, quae *Io. Christianum Kunkel* in paragraphis primis disserta-  
tionis de *Silesiorum in Poesi Germanica praestantia* meminisse enotare, *Iudicium hoc Equ-*  
*estre* refertur iure ac merito; tum, qui *Nobilium Jura & Præuilegia* explicant, *Ius* &  
*Iudicium Equestre Silesiacum* adducere tenentur. *Nobiles in Silesia* qui nascuntur,  
*Equites* (Nitter) nascuntur, enarrante *Friderico Lucae*, *Es ist Weltkundig*, welcher ge-  
stalt schon von uralten Zeiten her die *Schlesische Noblesse des Tituls in Lateinisch*  
*ſcher Sprache Nobiles Equites Silesiae*, *Schlesische Adelige Nitter* / ist genantiget  
worden / & in beati *Vitrici mei*, *M. G. G. Puffenhamni*, *Oratore baptismali* haec ex-  
tant uerba, dergleichen *Titul (Nitter)* ist denen *Schlesischen von Adel* wegen grosser  
Meriten von alten Zeiten her erbtlich gewesen: Quae uero inscri posse *Gerhardi Fel-*  
*manni* *Commentarijs* in *Titulos honorum*, & libri quidem primi capiti quadrage-  
simo septimo, quod de *Equitibus & Nobilibus* exponit, quidni plane censam? *Gau-*  
*dent Silesiae Equites Nobilitatis* privilegij, quae a *Tiraquello*, *Noldeno* aliisque reci-  
tata sunt, & in breue *Compendium* redacta inueniuntur in *Silesiographiae renoua-*  
*tae* capite octauo: at gaudent etiam *præuilegij* quibusdam uelut *suis &*  
*proprijs*, in quorum numero *7<sup>us</sup>* est & *Iudicium Equestre* antiquissimum, honestissi-  
mum & maxime commemorabile. *Principia Iudicio Silesiaco*, culus finis honestissi-  
mus & conditio omnis ex *Luca* p. 1758. & *Wenzky* p. 9. 76. &c. cognoscitur, dedit  
*DEVS* ipse, sanctissimus bonae existimationis Custos, qui per *praecceptum Deca-*  
*logi* octauum obrecreatione & quauis efferae linguae petulantia inderidixit, *uid. B.*  
*Dieter*, in *Instit. Catechetica*; qui in locis *Scripturae* alijs famae rationem uult habe-  
ri, *uid. Dn. D. Olearius* in *Theol. Moral. Tab. XXXVII. G.* *Grabovv* in *Eth. Christ.*  
p. 62. & *B. Carpovius* in *Trag. Predigten* / P. II. p. 127. ubi est die *Gewissens- Frage*:  
Ob ein *Christ* in *Iniurien- Sachen* / wenn er mit *Worten* oder in der *That* ge-  
schimpffet worden / könne seinen *Beleidigter aestimatorie* belangen / oder auf  
*Staup- Besen und Landes- Verweisung* anlagen / oder ihm eine *Reuersion* an  
den *Halß* werffen? At quam antiquum hinc est *Iudicium Equestre Silesiacum*? Porro  
a Deo creatus est homo, ut idoneum societatis humanae membrum existat, &  
quouis modo socialitatem conferuet atque colat, quae tamen, si alter alterum,  
*iniuria* affecerit, nequit subsistere. *Muller* in *disp. de Iniuriaribus*, von *Ehren-*  
*Dieben* *Prolegom.* S. 1. 2. *Magnum iam studium* sciendae infamiae fuit *Imperato-*  
*ribus Diocletiano & Maximiano l. diffam. C. de ingen. manum.* Neque infringitur  
asserio ab iis, qui *Iudicij* initium ad *Vladislai Lothici*, *Regis Polonorum* aetatem referunt,  
ad annum autem a nato *Christo* MCCCIV., quo uidelicet tempore a se-  
in uicem abalienari coeperunt *Poloni & Silesi*, amplius octingentis annis con-  
iuncti, *Silesi* quae *Principes*, (in his erat *Henricus Fidelis*, *Dux Glogouiae*, cuius  
cum *Coniuge*, *Mechilde Brunswicensi*, complures *Nobiles* & *Germania* in *Silesiam*  
uenerant) pro *Nobilibus* *Ius & Iudicium* nostrum leguntur contulisse. *Antiquitatem*  
*luris* non potest non intelligere, cui, *FERDINANDVM I.* sacro id confirmasse  
ritu, ex *historiarum* innotuerit monumentis. *Lucae Schlesiſche Denkwürdig-*  
*keiten*

ADHUC IN  
PRAESIDIUM





Feiten p. 1915, 1916. Hartknoch. de Rep. Polon. L. I. c. III. §. 4. p. 122. Schurzschisch in Lem-  
matibus ex historia Silesiaca §. 2. & Spenerus in Sylloge Historico- Genealogica p. 171. Hone-  
sum Iudicium probumque sit oportet, quod probas fortitum esse nominationes,  
probeque confiteuit agitari. Audit enim die Ehren-Tafel / das Ehren-Gericht /  
die Ritter-Banch / prout in citationis formula a Wenzkio prolata videre est, al-  
l' dafelbst wollen wir nach Ordnung der Ritter, Recht / die Ehren-Tafel und Ritter  
Banch den Parten bestellen und ordnen; & in Lucae Animadversionibus Silesiacis,  
Solcher (alte Adel) eheliet aus dem Ritter-Recht und Ehren-Tafel / e. r. Cae-  
terum, quia iudicationem omnem per chartae angustiam nequeo recitare, nullo  
quamvis negotio e Wenzkio excerptam & de Weingarten, cuius e fasciculo Iurium  
similia in Sileiographam renouatam transtulit Praesul Vratislaviensis, consequutura de-  
libasse sufficiat interim. Habet Equestris Ordo in Silesia (verba sunt Henelianae Sile-  
siographiae) Iudicium Equestre cum in causis iniuriarum, tum in nobilitatis probatione;  
quod nobilitas non nascitur ictu oculi, nec a natura est, sed aduentitia conf. Liquidat-  
einet ff. de reg. Iur. Cumulatus de causis in Equestri foro diiudicatis Wenzky: Das  
Ritter-Recht in Schlessen pfleget sich anzuspinnen aus zweyerley Ursach: Erst-  
lich / wo etwan einer von Adel seiner Nothdurfft befindet / einen / mehr oder alle seine vier  
Ahnen und Schilde bey Ritter-Recht darzutun; Zum Andern und am gemeinsten  
wenn einer an seinem adelichen Herkommen oder Anfunst / in genere an allen seinen  
vier / oder in specie an etwan einem seiner Ahnen und Schilde vernichtet / getadelt  
und angegriffen oder sonst iniuriert und an seinen adelichen Ehren / Vernuht / guten  
Gerichte und Verhalten vergeringert / verschmahlet / oder geschwächt wird. Quod  
qui nolit appellare laude dignum, nae infalsus sit & iniustus famae aestimator!  
Ad Iudicium hoc vetus Equestre exercendum qui arbiter expetitur, (ein Ehren-Richter  
zu seyn erbeten wird) Princeps sit oportet Silesiacus, in primis Is, in cuius territorio  
& iuravicia Nobiles Equites sunt honorem suae probaturi siue vindicaturi. Appellandus  
ante est Eques (ist zu beschicken) de offensione iniuriosa per tres Equites formulaque  
peculiari, solennibus verbis concepta, quam intendatur actio & dicatur dies.  
Nam, verbi causa, lubricum linguae non facile ad poenam esse trahendum. l. fa-  
mosi 7. ff. ad l. iul. Marcis. & quicquid calore iracundiae vel fit vel dicitur, non prius  
ratum esse, quam si perseverantia apparuerit, iudicium animi fuisse, l. quicquid ca-  
lore 48. ff. de Reg. Iuris. Reum vero consentem si habet Actor ex responsionis formula.  
Princeps unus e tribus designatis ad obeundum munus eligitur, qui Iudicio praesit &  
cuius auspiciis id queat fieri. Citat Princeps & ad dicendam causam adesse iubet  
Equites, qui coram iudicio habent proponere. Ipsum Iudicium societas est Equi-  
tum XII, generis antiquitate maxime florentium, sed ex diversis inter se praesepis  
quia de iure communi in causis iniuriarum prohibentur esse ex cognatione Iudic-  
ces, l. lex Cornelia 5. ff. de iniuriis. Eques illustrior est Marefchallus, qui in praesidio  
Principis ordinat, & ad sinceram fidem, perinde ac Assessores, sacramenti religione ob-  
stringitur. Demonstratio si sit Nobilitatis, peti illa solet ex quatuor paternis & maternis  
avis, horumque Insignibus & armis; per testes simul, qui iure iurando fidem faciunt.  
Nobilitas enim sine insignibus non est, perhibente Cassanaco. Pertur sententia iudi-  
ciaria ex Iudicii Equestris consuetudine, haec autem ubi defecerit, ex iure communi iura  
redduntur. Nam ubi statutum vel consuetudo definit, Ius Civile incipit; in  
diiudicare, vtrum quis sit nobilis vel non nobilis, cum in non determinatis locus sit  
arbitrio iudicis, debet tamen iudex arbitrando sequi, quod vel iure communi  
sanctum, vel statutis vel consuetudine patriae observatum est. Tiraquell. de Nobilit. c. x.  
n. 10. & 12. Hac denique probatione Nobilitatis facta, Princeps Iudex sententiam cu-  
rat promulgandam, buccinarum quoque clangore, vt renunciatio eo fiat vulgarior,  
& amplissimam hinc ferant gloriam Equites Silesiaci, nec non antiqui splendoris pro-  
beur nobilitas. Vid. D. Treiber. in disp. habit. Ienae 1702. de Nobilibus Novis iniusto de-  
spiciantibus, von den unrechtmäßig verachteten neuen Edelleuten §§. 13. 14. vbi de  
hoc Iure Equestri sermo est. In causis autem iniuriarum opera omnis confertur in  
amicabilem, quam vocant, compositionem, seu modum evitandi recantationem per  
declarationem honoris tempestive factam. Remedium hoc Christiano statui con-  
forme appellat Sandreiter in disp. inaug. de declaratione honoris iniuriato ab iniuriante facta,  
von versöhnlicher Ehrens-Erklärung in proleg. & th. 2. habit. Altdorf. A. 1701. Res  
perfecto digna est cognitu! Veluti nimirum privilegium Nobilium Lusatae, den Dor-  
ritt A. 1544. sanctione beneficiaria a FERDINANDO I. corroboratum memo-  
ria merito prodidit Polyhistor Vitebergensis, Schurzschischius, in dissertatione de Lusatia  
his fere verbis; Qui nulla prolo auctus atque adeo haerendum beneficiariorum experts, hoc  
eale



EXTRA 3304

x3047295 VD 18

ale beneficium sollicita, is praeterquam, quod orbitatem suae domus allegat, etiam necesse habet acutis suae viriumque specimen dare. Idque ut rite atque ex privilegio praescrip-  
 fiat, qui studet beneficii esse particeps, cogitur toto corpore loricator (in seinem Kürsch) &  
 gladio accinctus vi sua inferre se in equum, & graue pondus armorum militaris firmo at-  
 que expedito robore superare, (von der Erden auf ein hengstmaßiges Pferd zu sitzen)  
 hinc vero ius & facultas illi futura est agendi cum praedio beneficiario quasi cum peculio  
 suo & libere alienandi vendendique. Conf. allegati Pijßchmanni Orat. Nupr. p. 131. de  
 WARNSDÖRFIO, qui solatium orbitatis habiturus fructum sibi parauit huius privi-  
 legii. Sic Iudicium Equestris assiduam sui commemorationem promeretur, & breui  
 quasi tabella totam eiusdem imaginem recte complexus est CHRISTOPHORVS  
 HEINRICVS de BRIESEN, Eques Silesius, natu major ex duobus Generosis  
 Adolescentibus, quos Parens Per-Illustris & Eques Generosissimus, DN. HEINRICVS de  
 BRIESEN, Toparcha in Broschwitz & Liebgen, Caesaris Senator provincialis in  
 Ducibus Silesiacis Suidnicensi & Lauranensi, Gymnasio Schleusingensi ante haec  
 XVI. trimestria tradidit. Ipse Declamator Nobilis est & Eques Silesiae, quod de-  
 claratum est haecenus; cheiragogia ergo nostra & exercendi sui gratia thema  
 nobile ex historia patriae de Iure & Iudicio Equestri Silesiaco cepit, specimen publica  
 fauenti omne auspiciaturus. Idem ille veterem gentis suae famam conatu lauda-  
 bili porro tuebitur, & honorem conseruare studebit BRIENIO-SEHERIANUM.  
 Neque Silesiaca haec & Equestris Oratio Latina displicere potest Hennebergiae &  
 Gymnasio nostro, cum vltimus Hennebergiae Princeps & Gymnasti Autor exquisitissi-  
 me efferendus Abasiam habuerit Elisabetham, Ducem Brunsvicensium, Wilhelmi I.  
 Principis Henneb. Coniugem (Elisabetham appellant Lucae c.l. p. 1047. Tabulae Tubingen-  
 ses & Spener l.c. p. 501. & Annam Spangenbergius, Comiumque Henneb. Genealogia, ed.  
 Smalsald. A. 1593.) sed filiam Ernesti, Ducis Brunsvico-Gottingensis & Barbarae Sa-  
 gano Silesiaca, (Elisabetham vocant Tabulae Tubingenses, Spenerus autem Elisabetham s.  
 Barbaram: frustra Tobias Wagnerus in descript. Geneal. Elisabetham hanc Wilhelmi I.  
 Comitis Henneb. filiam fuisse asserit) & per allatam seriem ab ipsis Silesiae Ducibus  
 genus duxerit suum. Quam in rem forte operae pretium erit legisse Danielis  
 Zepkenii, Theologi Suidnicensis, Gynaecium Silesiacum, oder kurze Historische Be-  
 schreibung und Ausführung der Stamm- Linien von den hochlöblichen Ahnen etlicher  
 Fürstl. Fräulein in Schlesien, die an Kayserl. Königl. Chur- und Fürstl. Gräffl. Her-  
 tliche Stammen und Häuser außserhalb Landes verheyrathet worden, Lips. A. 1626.  
 Caeterum, quia BRIENIO nostro in Oratorio hoc Aeu in NOBILITATEM  
 idoneus addendus erat Comes, datus est IO. GVSTAVVS OTTO,  
 Frisenhusanus, Iuuenis a bono litterarum profectu commendandus, qui proinde  
 versibus Elegiacis Latinis & Alexandrinis Germanicis de Alumnis generosa nobilitate  
 profatis seu NOBILIBUS dicit, qui ab Anno Gymnasti nostri auspice M. DLXXVII.  
 ad Annum usque MDCXXVII. Scholae huius Illustris subsellia trauerunt; nam NOBILIVM  
 illorum peculiaris nobis est Consignatio, Rectoris Iacobi Sorgeri manu scripta,  
 dataque hac occasione indignissime silentio praetereamus profapias illustres & ful-  
 gentissimas, vnde orti fuerunt, quos dictus Sorgerus tam specioso Indice non pigratus est  
 denotare. Vos, liberalium studiorum Maccenates, Patroni, Fautores & Amici, Amplitu-  
 dinem veterem Gymnasti per Nobiles conciliatam memoria nobiscum repetite, & qui  
 dignitatem huiuscemodi studeant continuare, hodieque cognoscite adesse, tandem cras  
 hora octava in Auditorio supremo BRIENIO Nobili, & Orioni in materiam  
 pernobilem dicturo aures commodate beneuolas! Ita ego & ipsi obser-  
 uanter rogamus, P.P. Schleusingae VII. Id. Quinctilis  
 A. M DCCIV.

10





F.K.  
121,  
8.

*De univ. et schol. Schlevsingens. 1784*

II R  
3304

LIII.

Ad

# PANEGYRIN ORATORIAM

bono cum DEO

VI. Id. Quintil. A. MDCCIV.

in

ILL. GYMNASIO SCHLEVSINGENSI

apparandam,

qua

## DE VIRE ET IVDICIO

### STRI SILESIACO

es Schlesischen Adels

ht und Ehren-Bericht

atinam memoriter recitabit

Generosus Iuuenis

HORVS HEINRICVS

le Briesen /

Eques Silesius,

&

Latino-Germanicis

em NOBILIVM, qui ab A. MDLXXVII.

MDCXXVII. Schleusingae literis

sunt operati,

est Adolescens industrius

STAVVS Otto /

Frisenhusanus,

um Maecenates, Patronos

ores & Amicos

obseruanter inuitat,

DVS LVDOVICI, Rect.

fit G. W. Goebel, Ill. Gymn. Typograph.

